



CATECHISMUS
RELIGIONIS CHRISTIANÆ.



Uo sunt tractandarum & tradendarum rerum theologiarum genera in ecclesiis & scholis recepta: alterum contractum & popolare, quod vulgò parva Biblia, sive Religionis Christianæ CATECHISMUS: alterum plenum & accuratum, quod non inconvenienter Locorum S.S. Theologiæ communium THESAURUS vocatur.

Aphorism.
I.

2 Catechismi consideranda est Definitio & Partitio.

3 Definitio duplex est, STRICTA, quæ vocis significationem tum *κατὰ λέξιν*, tum *κατ' ἐτυμολογίαν* indicat: & AMPLA quæ rem ipsam ex genere, objecto & fine perfectiùs explicat.

4 Prior hæc esto; *Catechismus est dialogistica rerum sacrarum institutio, quæ fit vivâ voce doctoris interrogantis, & discipuli respondentis.* Posterior hujusmodi; *Catechismus est doctrina compendiosa & popu-*

A ij